

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quam dispositionem habere debes, vt licitè Sacraenta suscipias. 13

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

voluntatem, seu intentionem habere debeant, ut validè sacramentum recipiant? Nam aliquam propriam voluntatem habere debet firmare ferè omnes Doctores sequentes D. Thom. q. 68. art. 7. teste Suar. *disput. 14. sect. 2. concl. 1.* Aegid. de Coninch. q. 64. art. 8. dub. 5. à num. 98. & seqq. Bonac. *disp. 1. q. 6. pun. 2. num. 1.* Paul. Laymann. lib. 5. sum. *trat. 1. cap. 6. n. 4.* Estque expressa sententia D. Augustini. *relati in cap. cum pro parsibus de consecratis. disp. 4.* differentiam assignans inter paupulos, & adulti baptizandos, inquitque non valeat baptismum collatum ei quib[us] consentire potest, si non consenserit. Idem constat ex *capitulis maiores de Baptismo*, §. item quartus. Vbi Innocentius loquens de eo, qui inuitus ad Baptismum traditur ait: Ille vero qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit sacramentum: quia plus est expresse contradicere quam minimè consentire, quasi dicetur qui nunquam consentit, nec rem, nec characterem suscepit, ergo neque ea suscipit, qui sacramento recipiendo contradicit. Et licet in fine capituli dixerit Innocentius, tunc sacramentum esse validum, cum obiceat voluntatis contraria non inuenient obstantem, non inde inferatur, validum esse sacramentum, cum nullam adulterium voluntatem haberet. Tum quia nullam habere voluntatem, est habere voluntatem contrariam. Tum quia vix contingere potest, quod adulterium careat voluntate recipiendi Baptismum, quin contrariam illius voluntatem habeat. Ratio a priori est diuina institutio, quam ex communis Doctorum consensu colligimus. Et ex eo quod incongruum erat Christum Dominum primum sua redemptoris communicate velle iis, qui nec minimam voluntatem habent, cum possint, ut sibi communicetur. Itemque alienum est a diuina bonitate in suum obsequium, & mandatorum observationem involuntarios milites consecrare, & initiare. Neque obstat *Glossa in ditto cap. maiores de Baptismo* verbo *perdurare*, & in cap. *soler. verbo simulatio-*ne, & *verbo implorandum de consecratis. disp. 4.* afferens Baptismum recipi ab eo, qui ore tenue consentit abesse vila animi voluntate, quia debet intelligi baptismum recipi quoad forum Ecclesie, & hominum presumptionem, non tam men re ipsa. Neque item obstat Florent. Concilium dixisse tribus tantum sacramentum perfici, materia, forma, & intentione ministri. Nam esto intentionis suscipiens mentionem non fecerit, non idem infertur necessarium non esse in adulterio propriam habentibus voluntatem: sed solum inferatur intentionem suscipiens non semper esse necessarium in omnium sacramentorum receptione, siquidem parvuli, & perpetuo amentes plurium sacramentorum absque propria intentione capaces existunt. Ex sacramentum Eucharistiae, cum non constat in v[er]o, absque vila suscipiens intentione constituit. Adde sub materia intentionem suscipientium comprehendendi in sacramentis quae continent in v[er]o.

5. Sed qualis debeat esse voluntas, quam suscipientes adulterii habere debent? Dicendum est debere esse simpliciter liberam, quia debet esse humana, & rationabilis, ac proinde immunita a coactione absoluta, sicuti expressè definitus Innocentius, in *capitulis maiores de Baptismo*, & *Concil. Carthagin. 3. cap. 34.* Dixi *simplicer liberam*, ut indicaret ex metu graui supradictam voluntatem non vitiare. Nam esto metus graui voluntariam diminuat, non tam liberatem integrè tollit, idoque non impedit quia sacramentum ex metu graui suscepit validum sit. Sic expressè ex communis sententia tradit Suar. *disput. 14. sect. 2. concl. 1.* Aegid. de Coninch. q. 64. art. 8. dub. 5. *concl. 2.* Quod si obiciatur te posse omnino coactum Euchariastiam recipere, ergo ad receptionem sacramenti voluntas simpliciter liberta suscipientum non requiritur. Respondeo te solidum materialiter suscipere sacramentum Eucharistiae, si omnino coacte, & involuntariè suscipias; illa enim suscepit sacramentum non est, quia non est sacramentum humanus v[er]us ac proinde nec mittit animam, cum Christo unitus secundum bene notauit Suar. *ditta sect. 2. in medio.* Bonac. *disp. 1. q. 6. p. 2. à n. 3.*

6. Sed haec libera voluntas ad sacramentum suscipiendum requisita non est opus ut sit actualis, aut virtualis, cum sacramentum suscipitur, sufficie se habitualiter existit, qualis conseritur esse, si aliquando actualiter exitit, nec vnuquam retractata fuit. Colligitur ex Concilio Acaufic. 1. c. 11. alias 12. afferente conferendum esse Baptismum inuito obmutescenti, si antece perierit. Ex Concilio Carthagin. 3. cap. 34. & tradit expressè Suar. *disput. 14. sect. 2. concl. 1.* Aegid. de Coninch. q. 64. art. 8. dub. 5. *concl. 4.* Valenc. 1. 4. *disp. 4. q. 2. pun. 2. ad finem.* Bonac. *disp. 1. q. 6. p. und. 2. n. 8.* Paul. Laymann. lib. 5. sum. *trat. 4. cap. 6. n. 4.* Ratio vero est, quia cum sacramenta in suscipientium voluntatem sunt instituta, deenit Christum Dominum pro illorum susceptione, qualib[us] suscipientium voluntate contentum esse, esto in ministro sacramenti saltem virtualis voluntas conficiendi sacramentum requiratur.

7. Adde neque opus est ad validè sacramenta suscipienda (Sacramento Penitentiae excepto) expressam voluntan-

tem illorum praecessisse, sufficie si praecesserit interpretatio, & virtualis, qua conferunt esse dum quis vult feruare omnia Ecclesia praecpta, sibiique remeda ad salutem necessaria applicari. Nam eo ipso vult, ut sibi sacramenta quibus indiger, conferantur: ob quam causam adulto contrito, vel attrito conferti potest Baptismus, quia voluntatem habuit saltem virtualem suscipiendi medium sibi necessarium ad salutem. Et baptizato agrotanti, catholicisque viuenti concedi potest sacramentum Eucharistiae, & Extremæ Vndectionis, quia Baptismo suscepit ea catholicæ vite professione censeatur voluisse omnia remeda à Christo instituta in hominum salutem sibi applicari, cum illis indigeret. Excepti Penitentiae sacramenta, eò quod materia illius sint actus ipsius suscipientis. Debet ergo esse voluntas expressa. Sic Suar. *disp. 14. sect. 2. concl. 1. circa finem.* Aegid. de Coninch. q. 64. art. 8. dub. 5. *concl. 4.* Paul. Laymann. lib. 5. *trat. 1. cap. 6. n. 4.* Bonac. *disp. 1. q. 6. p. 2. à n. 8.*

8. Præter dictam voluntatem, seu intentionem suscipiendi sacramenta nulla alia dispositio ex parte suscipientium requiritur, ut valida sit illius suscepit. Excede sacramentum Penitentiae ob rationem nuper dictam, quia actus suscipientis, scilicet peccatorum confessio, illorumque contritus, vel attritio materia sunt illius. Sic tanquam omnino certum tradit Suar. *disput. 14. sect. 2. conclus. 1.* Colligitur aperitum ex Concilio Florent. Decreto de unione, tunc ex Trident. 10. *seff. 6.* Stante enim materia & forma, & intentione nihil est, quod ad valorem sacramenti desideretur.

### PVNCTVM XIII.

Quam dispositionem habere debes, ut licite sacramenta suscipias.

1. *Quadam premittuntur pro intelligentia questionis.*
2. *Si ad sacramentum accedit iustus, & sanctus, nulla alia dispositio requiritur prater voluntatem suscipientis sacramentum ad obtinendum precium illius effectum, a: ad obtinendum secundarium debes venialis peccatum saltem actuali carere.*
3. *Si mortali actuali grauatus existas etiam si ignores debes contritionem, vel attritionem saltem cum sacramento habere, ut effectum sacramentum obtineas.*
4. *Si solum originali peccato graueris, cum adulterus sis, non indiges penitentia, bene tamen vide, & p[ro]p[ter]e.*
5. *Conscius mortalis commissi si ad penitentiam, vel baptismum accedes satisfaciens attritionem habens. Secus si alia sacramenta sis suscepturns.*
6. *At si credis te esse contritum, cum tamen solum attritionis, obtines gratiam aliorum sacramentorum.*
7. *Aliqui affirmant solo actus fidei, & spei te sufficienter disponi ad gratiam in Baptismo, vel Penitentia obtinendam, si peccatum actualis committeris.*
8. *Contrarium probabile est. Firme satu fundam. n. precedenti adducto.*

1. *Premito sacramenta alia esse instituta per se in remedium peccati, quia sunt Baptismus, & penitentia, alia instituta per se in gratia augmentum, quia sunt reliqua omnia præter baptismum & penitentiam. Deinde præmitto te polle, citim ad sacramentum accedit sensus grauatum aliquo peccato mortali committi, vel ignorare grauatum esse, esto grauatus sis. His positis.*
2. *Dico primo, si absque nullo peccato mortali, sed iustus, & sanctus ad sacramentum accedas, nullam aliam dispositiōnem præter voluntatem suscipiendi sacramentum tenet habere, ut absque mortali sacramentum suscipias, illiusque effectum præcipuum, scilicet gratia augmentum obrineras; quia sacramentum ritè suscipis, cum obiceat gratia recipiendi non apponis: at existens in gratia nullum obicem apponis illius augmentum. Ergo sic Suar. ex communis sententia, *disp. 7. sect. 4. concl. 4.* Aegid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 2. *concl. 6.* Paul. Laymann. lib. 5. sum. *trat. 1. cap. 6. n. 1.* Bonac. *disp. 1. q. 6. pun. 2. num. 10.* Verum est ad suscipiendum sacramentum, præcipuumque illius effectum obrinendum, nulla alia dispositio, citim iustus es, præter illius suscipiendi voluntatem requiritur, attamen ut effectum secundarium obrineras requiritur necessarium, ne in illius susceptione veniale peccatum committas. Si enim actuali complacencia peccari venialis committi sacramentum suscipias, vel in illius susceptione irreuerenter gesceris, impedis tum illius peccati venialis remissionem, tum specialem Defauorem ibi forte concedendum, si liber ab omni macula etiam veniali, & debita cum reuerentia sacramentum susciperes. Ab hac conclusione excepitum est sacramentum Penitentiae, eò quod etiam ab homine iusto suscipi non possit absque peccatorum contritione, vel attritione, quia est pars illius, sicuti norarunt predicti Doctores.*

*3. Dico*

3. Dico secundò, si mortal peccato actuali grauatus existas, ramet illud ignores, necessari contritionem vel attritionem habere debes, vt medio sacramentorum gratiam iustificantem, & sacramentalem obtineas. Si ferè omnes Doctores teste Suar. disp. 7. sect. 4. concl. Egid. de Coninch. qu. 62. art. 1. dub. 2. conclus. Bonac. disp. 1. q. 6. pun. 2. n. 12. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 1. cap. 6. n. 5. Rario est: quia nullum peccatum mortale absque illius penitentia, & retractione remittitur, vt satis colligitur ex illo Actorum 2. Vbi Iudeus voluntibus converti dixit Petrus debere penitentiam agere, & baptizari, aperte indicans solum baptismum absque penitentia peccatorum sufficiens non esse ad gratiam consequendum. Itēmque ex Trident. sess. 6. cap. 6. & sess. 14. cap. 4. & ex D. Augustin. epist. 48. ad Vincientum. Congruentia verò, ob quam Deus sic statuit nemini remittere peccatum actualē, quia illius penitentia, & retractione habeat est apostolica. Non enim decebat Deum, vt à se aequaliter voluntari in suam gratiam recipere, quoque ipse per penitentiam ad Deum reuerteretur.

4. Dux: *Si mortali peccato actuali grauatus existas; nam si solum originale habeas, obligatus non es ad recipiendum baptismi effectum, contritionem, vel attritionem habere: quia huc solum sunt propria voluntate commissi. At debes fidei, & spei, seu charitatis actum præmittere iuxta illud. ad Hs. br. 11. Credere enim oportet accedentes ad Deum, & quia est, & iniquitatibus se quia remuneratur. Si ergo debes credere & Deum esse, & esse remuneratorem, debes spem remuneracionis habere, quia ob hanc spem remuneracionem credis. Præterea indecens era Deo in suam amicitiam te adulterum, & ratione vntrem recipere, quin eam amicitiam experteres, & in ea perseuerare velles; alias suam gratiam viliipenderet, si tibi non petenti, neque habenti voluntatem in ea perseuerandi concederet. Debes ergo baptismiso iustificandis post rationis vsum non solum fidem, sed spem, seu charitatem habere. Sic Egid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 2. concl. 2. num. 27. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 1. cap. 6. n. 5.*

5. Dico tertio. Conscius peccati mortalis commissi, si baptismum, aut penitentiam recepturus es, satisfacit attritionem habens; si vero alia sacramenta, obligatus es contritionem habere. Ita D. Thom. in 4. disp. 6. q. 1. art. 3. q. 1. ad 5. Henr. lib. 1. cap. 2. num. 5. Valsq. p. disp. 158. c. 4. Suar. disp. 7. sect. 4. & occurrebat. Bonac. disp. 1. q. 6. pun. 2. n. 10. & seqq. Paulus Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. cap. 6. n. 3. & Egid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 2. n. 31. & alij communiter. Priorem partem scilicet quod Sacram. Baptismi, vel Penitentia, receptorus obligatus tantum si attritionem habere sic probo. Quia haec sacramenta instituta sunt à Christo Domino ad remittenda peccata. Non igitur expostulant peccata remissa. Ergo neque expostulare possunt ad sui receptionem tanquam dispositionem necessariam contritionem, qua peccata remittuntur. Ergo solum expostulant attritionem, qua sola non remittuntur peccata, bene tamen cum Sacramento. Ergo attritus accedens ad dicta sacramenta cum debita dispositio- ne accedit, siquid accedit dispositus ad affectum Sacra- menti suscipiendum, & institutionem Christi te conformas. Secundam partem nempe ad suscipienda reliqua sacramenta debere esse contritum probo ex contrario fundamento. Nam reliqua sacramenta per se instituta sunt ad angendam gratiam Sacramento baptismi, vel penitentiae in re, vel in voto suscepto concessam. Ergo ea suscipiens teneris gratiam habere: alias horum sacramentorum fini, & institutioni repugnat. Ergo teneris contritione, vel attritione cum sacramento te ad ea suscipienda disponere. Quinimodo ad suscipiendum venerabile Eucharistie sacramentum ob eius singularium excellentiam, & dignitatem non sufficit, si te per solum contritionem disponas, sed præmittere debes confessionem iuxta Trident. sess. 13. cap. 7.

6. Verum si putans te esse contritum peccati mortalis commissi, cum tamen solum attritus sis, Sacramenta suscipias, gratiam, & remissionem peccati ex vi sacramenti obtineas. Quia omnia sacramenta ex sua institutione habent conferre gratiam non ponenti obicem. At cum ea suscipis attritus putans esse contritum, non ponis obicem. Tum quia absque culpa suscipis. Tum quia suscipis cum vero dolore, & penitentia peccati commissi, satisfacit obligatio- niture diuino requisite penitentiam habendi. Ergo obtinetis gratiam, & remissionem peccati. Præterea quia debeat diuinam bonitatem instituere sic sacramenta, vt virtutem haberent remittendi peccata vero penitentibus, & credentibus ritè esse ad corrum susceptionem dispositos. Atque ita docent ex communī sententia Nauar. cap. 22. num. 3. Henr. lib. 1. de sacram. cap. 22. num. 6. Suar. disp. 7. sect. 4. in me- dio. Egid. de Coninch. qu. 62. art. 1. dub. 2. num. 42. & seqq. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. cap. 6. n. 3. Bonac. disp. 1. q. 6. pun. 2. n. 11. & alij.

7. Supradictum tamen difficultas, an si post peccatum commis- Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. IV.

sum solo actu fidei, & spei supernaturali te ad suscipiendum baptismum, vel penitentiam disponas, effectum horum sacramentorum obtineat? Et quād procedit eo casu quo peccati commissi immemor existis, vel si illius es concius. existimas attritionem supernaturalem habere, cum tamen non habeas? Affirmat sufficere Scorus in 4. disp. 14. qu. 4. art. 3. & Cncl. 3. p. qu. 86. art. 2. ad 1. argum. §. vle. Dicunt enim solam voluntatem suscipiendi haec Sacramenta sine actu, vel voluntate peccati sufficientem esse ad gratiam obtinendam. Probabile reputat Egid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 2. num. 35. & moventur, quia esto ad remissionem peccati commissi illius penitentia necessitate medijs requiratur iuxta illud, nisi penitentiam egerris, omnes simul peribitis. At non requiritur formalis penitentia, sed virtualis sufficit. Nam posito actu charitatis, & dilectionis Dei super omnia, homini peccata remittuntur, & in diuinam amicitiam recipiunt. Signum ergo est in huiusmodi actu virtuali penitentiam contineri. At actus supernaturalis spei etiam penitentiam peccati commissi virtualiter continere videtur: siquidem nemo expectare diuinam amicitiam potest cum intentione in ea perpetuo manendi, qui si concius esse peccati commissi illud detestetur. Ergo actus spei sufficiens est ad effectum dictorum sacramentorum obtinendum.

Cæterum longè probabilius existimo predictum actum spei absque attritione, vel contritione saltem in actu charitatis, & dilectionis Dei super omnia contentis sufficientem esse ad remissionem peccati, & gratiam obtinendam in predictis sacramentis. Quia hic actus spei requisitus est in adulto suscepito baptismum solo peccato originali affecto, ut diximus concl. 2. Ergo in se virtuale dolorem, & penitentiam non continet, quia pro solo peccato originali remittendo nulla penitentia requiritur. Neque ex eo quod expertus diuinam amicitiam efficaciter detestatur elles peccatum, si concius illius elles; infertur in eo desiderio detestacionem peccati virtualiter contineri, sicuti continetur in dilectione Dei super omnia: sed solum infertur contineri detestacionem tanquam effectum imperandum ab actu spei in ordine ad finem propositum diuinae amicitiae consequendum. Quia continentia non videtur sufficiens, cum ex illa dici non possit sperantem diuinam amicitiam peccati commissi penitente, sed fore, vt peniteat, si illius memor existat. Cum ergo nullius peccati actualis remissio contingat absque penitentia, efficiunt non remitti peccatum suscipienti sacramentum solo actu spei dispositio. Secus vero contingi in dilectione Dei super omnia. Quia detestacionem peccati continet non tanquam effectum imperandum, sed in se virtute, & eminenter: diligens enim Deum super omnia quidquid Deo contrarium est, quale est peccatum implicitè detestatur.

## PUNCTVM XIV.

## An carenti debita dispositione ad Sacramenti effectus suscipiendos Sacramentum ministrandum sit?

1. Per se loquendo nullum sacramentum ministrandum est carenti debita dispositione ad illius effectum.
2. Ministrandi sacramentum probabiliter constare debet de suscipientis recta dispositione. Et qualiter hoc continetur.
3. Per accidentem ministrari indigne sacramentum potest, si publice ministrari debet, & ipso se publice probauerit diuinum.
4. Satisfacti oblationi & declaratur qualiter hac ministratio non sit cooperatio susceptionis sacrilega.

1. Ceterum est (per se loquendo) nullum sacramentum ministrandum esse carenti debita dispositione ad illum sacramenti effectus; quia esse ministratio sacramento iniuriosa & contra proprii officij debitam obligationem: eo enim ipso, quo sacramentum ministras, obligatus es iis tantum dispensare, quibus Christo Domino placet, quia nomine ipsius dispensas, at Christo Domino displices, quod carentis debita dispositione ad suscipiendos sacramenti effectus sacramenta suscipiunt. Ergo ei displices quod tu eis sacramentum ministras. Sic omnes Doctores.
2. Hinc infertur tibi ministranti sacramentum probabiliter constare donec de recta suscipientis dispositione. Tum ut fideliter dispenses. Tum ne irreuerentia sacramenti cooperaris. Sed qualiter hac recta dispositio tibi constare debet? Ex singulis sacramentis pertinet et: Sunt enim aliqua Sacra, ad quae suscipienda probabiliter crederunt suscipientem esse dispositum, eo ipso quo catholice vivens ea sibi administrari pertat, qualia sunt Confirmation, Eucharistia, Extrema-Vnctio. Alia vero sacramenta, quia